



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.36. Leidradus Archiepiscopus Lugdunensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

rentque urbem Carthaginem everfam, & Sæculum IX.
 sepulchra Martyrum deserta, Califam ro- A. C. 807.
 garunt, ut licentiam Reliquias S. Cypria-
 ni auferendi daret. Ille rem, quam flocci æstimabat, Carolo gratum facturus *Sup. Lib.*
 facile concessit. Itaque Legati ossa S. Cy- *V. §. 3.*
 priani, S. Sperati, Martyris ex Scillitano-
 rum numero, & S. Pantaleonis caput ac-
 cipiunt, nave conscensa, felici naviga-
 tione Arelatem perveniunt, & relictis
 ibi Reliquiis Sigillo munitis impigre Im-
 peratorem adeunt, itineris sui rationem
 reddituri. Imperator adventum pretio-
 sissimarum Reliquiarum lætus accepit,
 jussitque, ut Arelate asservarentur, do-
 nec in regno suo magnificam extruxis-
 set Ecclesiam, in qua decenti honore de-
 ponerentur. Cum vero moræ ex moris
 nascerentur & in longum differretur hoc
 opus, Leidradus Archiepiscopus Lugdu-
 nensis, precibus ab Imperatore obtinuit,
 ut ipso licentiam concedente in illam Ci-
 vitatem afferrentur Reliquiæ, quas in Ec-
 clesia Cathedrali post Altare Majus de-
 posuit.

§. XXXVI.

*Leidradus Archiepiscopus Lug-
 dunensis.*

Leidradus in Norico natus Theodulfo *Theod. carm.*
 Episcopo Aurelianensi, cum a Princi- *ad judic. l. i.*
 pe delegatus illas Provincias, quas hodie *Coint. an. 790*

T t 3

Del-
n. 10.

Sæculum IX. Delphinatum, Provinciam, Occitaniam
 A.C. 807. appellamus, visitaret, socius additus fue-

Ado. Chr. rat. Anno autem septingentesimo no-
 post. an. 796. nagesimo octavo in Sede Lugdunensi
 successit Adoni, cujus nepos Ilduinus,
 Successor ipsius designatus nunquam
 ordinatus erat Episcopus, sed Monachum
 in Insula Lerinensi professus fuerat. Le-
 dradus toto Pontificatus sui tempore ma-
 gna pro Ecclesiæ suæ utilitate gessit,
 quod ex Epistola ipsius ad Carolum Im-
 peratorem data patet. In ea dicit:

Ap. Agob.
 to. 2. p. 125.

*Compulisti me ad suscipiendum Ecclesia
 Lugdunensis Regimen, quamquam eo mu-
 nere essem indignus, dumque me hoc
 mittebas, jussisti, ut mala quæ aliorum
 negligentia irrepserant, repararem. Nam
 Ecclesia ista tam intus quam foris mul-
 tis rebus necessariis ad Divinam Lau-
 dem, ædificia, & Sacram suppellectilem
 pertinentibus destituebatur. Audi jam,
 quæ, ex quo huc veni, auxilio Dei &
 tuo perfeci. Non ideo hæc tibi scribo,
 ut aduler, vel avaritiæ serviam, testis sit
 mihi Deus! nec ea est ætas mea ut lon-
 gam vitam sperare possim, sed ex infir-
 mitate corporis ominor ultimam diem in-
 minere. Sed ideo hæc ad te refero, ut si
 quid utile secundum imperium tuum præ-
 stiti, illud, me hac vita functo, alterius
 socordia non subvertatur.*

Omnem

Omnem movi lapidem, ut tot Cleri- Sæculum IX.
 cos, quot mihi opus erat, ad peragendum A. C. 807.
 Officium Divinum haberem, & Deo sint
 laudes continuæ! Clericos plurimos habeo,
 & pauci jam desunt. In hunc finem re-
 ditus, olim ad Ecclesiam Lugdunensem
 pertinentes mihi restitui jussisti, & inde
 etiam Psalmodiæ ordinem, qualis in Re-
 gia tua observatur, reduxi. Habeo enim
 Scholas Cantorum, quorum plerique ad
 alios tyrones docendos idonei sunt. Præ-
 terea Scholas Lectorum habeo, qui non
 modo Officii Divini Lectiones recitent,
 sed etiam Libros Sacros meditentur &
 explicent. Sunt, qui ex parte sensum
 spirituales Evangeliorum intelligunt.
 Multi sensum Prophetarum, Librorum
 Salomonis, Psalmorum & etiam Libri
 Job capiunt. Libros quot quot potui in
 usum hujus Ecclesie describi curavi. Ve-
 stes Sacerdotales & Vasa Sacra suppedita-
 vi.

Nunquam cessavi, ubi licuit, Eccle-
 sias reparare. Magnæ Ecclesie S. Joan-
 ni dedicatæ tectum imposui, & ex parte
 muros eduxi. Ecclesiam S. Stephani te-
 cto munivi. Ecclesiam S. Nicerii, &
 S. Mariæ restauravi. Domum Episco-
 palem aliam pæne collapsam reparavi, a-
 liam ædificavi, in qua tu diversari possis,
 si in hanc Regionem veneris. Clericis
 Peristylum ædificavi ubi omnes in uno

Sæculum IX. loco commorantur. Plures præterea
 A.C. 807. Ecclesias in Civitate Lugdunensi repara-
 vi, nempe, S. Eulaliæ, apud quam erat
 Monasterium puellarum, Ecclesiam S. Pau-
 li, Ecclesiam puellarum S. Petri, ubi
 S. Anemundus Martyr, & illius Domus
 Fundator sepultus est. Jamque ibi vi-
 ginta duæ Moniales Regulam observantes
 degunt. Reparavi Monasterium Regium
 Insulæ Barbaræ, ubi jam nonaginta Mo-
 nachii secundum Regulam vivunt. De-
 dimus Abbati potestatem ligandi & sol-
 vendi, quam habebant ejus Antecessores,
 cum illos hujus Ecclesiæ Episcopi An-
 tecessores nostri in illa loca mitterent,
 quo ipsi ire non poterant, ad fidem con-
 tra ingruentes Hæreses conservandam.
 Imo Sede Vacante ad Regimen Ecclesiæ
 Lugdunensis adhibebantur. Ex hac E-
 pistola apparet desiderium Episcopatu se
 abdicandi, quod etiam Leidradus Ca-
 rolo vita functo executus est. Interim
 notari potest, duas partes Disciplinæ præ-
 cipuas, Scholas & Monasteria fuisse re-
 stitutas.

§. XXXVII.

S. Benedictus Anianensis.

Acta SS. Be. De Scholis egi, cum de Alcuino scri-
 to. 5. p. 194. berem; jam etiam S. Benedictus An-
 nianensis memorandus est, Disciplinæ
 Monasticæ Restaurator. Is ex Gente
 Gotho-